



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lugduni, 1663**

Sectio I. De Professione Religiosa, Receptiores sine lite Sententiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](#)

## LIBER LVIII.

## PROFESSIONE RELIGIOSA.

**V**AENAM ad Professionis Religiosa requirantur, expedio. Ad quid Religiosus vi sua Professionis teneatur, enuncio. Qualis sit Religiosi ex virtutum Votorum obligatio, expono.

## SECTIO PRIMA.

De Professione Religiosa Receptiores sine lice Sententia.

43. dub. secund. Layman. l. 4. tralit. quinto capitulo. 5.

## CAPUT I.

*Quenam requirantur ad Professionis Religiosa valorem?*

**D** Professionis Regularis valorem tres conditiones requiruntur. Prima ditione ad est voluntas aptitudo, scilicet, ut de professione cimicu lexum, etatis exploruerit annum, in valorem re tegrum annuū Religioso habitu induitus, qui si aetatis in probatione vixerit, nūl umque habeat annus impedimentum, quod per statuta à summo probationis. Præfule confirmata in Ordine illo substantiale esse censeatur. Azor. tom. 1. l. 12. c. 2. q. 6. & 7. Rodriguez 1. m. 2. f. sum. cap. 6. & alij communiter.

**S**ecunda est, consensu, aut acceptatio expressa, vel tacita prælati Ordinis, quia per hanc cundam, prelati acceptatio, non tantum cum consilio, sed etiam cum consensu Capituli, aut maioris ac principiorum partis, iuxta cuiuscumque Ordinis statuta. Lelsius lib. 2. cap. 4. dub. 7. Niuar. quem afferit, ac lequitur Bulemb. l. 4. c. 1. dub. 2.

**T**ertia, ut professio sit sponte facta non cogente gravi meato, qualis esset incarceratione, subtrahio alimenterum, &c. quod in professionem quis consentire noluerit: Itemque minus reprehentalis, non quidem se folo, sed accedente precum, banditurum, ac impetrare impunitate, aut grati offensione, aut diu continuante indigatione confusioneorum, adiupcatis etiam ratiis de subfida negandis, ex Religione egrediatur. Porro singula haec, vel simul sumpta, considerata conditione hominis rudi, timidi, &c. in eum iustum possint incutere, & professionem irritare. Lelsius lib. 2. cap.

4. dub. secund. Layman. l. 4. tralit. quinto capitulo. 5.

**Q**ui professionem irritam ex defectu aliquius praefatae conditionis expelsus, nisi eam De te, qui postmodum tacite vel expresse ratificauerit, ex defictu egredi Religionem, & vxorem ducere posse alienum tell. Attamen ob scandali uitiatione causâ prefata egressus exprimere debet: & si ad formam conditionis externâ causa deferatur, defectum professionis professionis die, post illud enim audiendus gerit. non est. Quia præsumitur eam interea ratificasse. Trident. s. 25. c. 19. At si sciret, illâ iuriis præsumptionem falliam esse, eo quod ignorans impedimentum, vel metu gravi, aliae iusta causa impeditus, intra quinquennium non poterit reclamare: vel impedimentum sit essentiale, ac perpetuum, aut faltem ultra quinquennium duret: eo clapo, poterit reclamare deberque in indicio saltem extraordinario audiri, vel in integrum restituiri Sanchez lib. 6. Decalog. d. 37. numer. 22. Lel. lib. secund. capitulo. 4. dub. 7. Azor. p. 1. l. 12. c. 4. q. 7. Dian. p. 3. tr. 2. resolut. 5. barbol. ad Trid. s. 25. c. 19. num. 8. plures citans. Laym. l. 4. tr. 5. c. 5. addens, nisi aliud quid impedit, fugere posse. Quod si fuga sine gravi fecidalo, vel incômodo tentari non posset, monendum esse a Confessorio, ut professionem tacite ratificer. Quod fieri si professori habitu proprium deferat, actuque iis propriis exercitacum intentione, quod professus talis Ordinis esse velit. Diana p. 8. tr. 7. resolut. 5. Vbi ex Trident. s. 25. c. 19. ostendit, Episcopum de nullitate professionis sine interventione superioris Regularis sententiam ferre non posse, & si faciam, fore nullam.

## CAPUT

## Sect. II. de Profes. Recept. Sentent. 181



### CAPUT II.

#### De iis, ad qua Religiosus sua professionis vita tenetur.

**E**LIGIOSVS professionis vi tenetur aliquo modo perfectionis progedi in via, quia ex vi professionis obligatur, velie suum statum, qui est perfectionis, seu ad perfectionem tendentium servare, (tunc secundum se precepti non si sed constitit.) Hoc autem est, intrinsecus velle ad perfectionem tendere. D. Thom. 2.2.9. 186. a. 1. & secund. & q. 184. art. 5. Suar. de Relig. 10. 4. l. 1. cap. 4. Bard de cons. 2. 7. cap. 6 paragrapho quinto Layman. lib. 4. 11. 5. cap. 1. n. 1.

Hanc itaque obligationem expendo. Non tenetur actu esse perfectus, sed tantum perfectioni studere. Teneat autem ad perfectionem tendere per media essentialia, per vota, per auxilia secundaria non contemnendo ea. Aliquibus mediis ut ex praefatis, quia si omnia abiiciat in statu salutis inesse non videtur. Teneat aliqua opera bona praestare supererogationis, sive specialiter non praecipia, nec promissa, quia alia moraliter loquendo, haud potest debitis salutis intentionem habere. Suar. tom. 4. de Relig. l. 1. cap. 4. Portò ad huiusmodi perfectionem debet tendere per media sue Religiosi non per alias. Hoc est, suas Regulas asserando. Sanchez libro sexto Decalog. capite quinto numero 1. & 2.

Professus prius per Regulam contemptum, id est, si nolit subici. Secundo, si solùm velit obsecrare, que sub lethali obligant, quia perfectionem proculdubio contemnit. Tertio, per actum direcťe contrarium, hoc est nolendo perfectioni studere. Quod mortale quidem est Sanchez lib. 6. Decalog. cap. 5. n. 6. 7. & 10. Bardi de cons. 7. 2. 6. §. 5.

Qui intendit nunquam servare Regulam, Lethale est etiam facile posse, lethaler delinquit, intendere, qui solùm circa eius obsecrationem se lexicum non præstat? quia servare Regulam non habere proximam dispositionem ad regulam seruandam, formalem arguit contemptum. Suar. tom. 4. de Relig. l. 1. c. 4. n. 2. 4. At si ex animi remissione, & sine illo iusto titulo per directam intentionem velit aliquam Regulam non servare erit veniale, quia leuis contemptus. Suar. ibid.

Violare Regulam violare, lethale est, quia qui sic se gerit, Regularem disciplinam perturbat: constituitque se in eo statu, ut velut incorrigibilis sit expellendus: teneat autem quicunque ratione vororum quibus se Religioni addixit, ita te getere, vt sit tolerabilis, & expelli non mercatur. At qui, nullum contumaciam ad perfectionem adhibendo Regula, sine discrimine transgreditur reddit se intolerabilem, vt debeat expelli, aut si tol-

etur, plurimum pravo nocet exemplo. Ergo per accidens & indirecte agit contra professionem, & lethaler delinquit Sanchez l. 6. Decalog cap. 4. numer. 1. 8. Laym. l. 4. ir. quinto cap. 9.

Porro nostra Societas Iesu Scholasticus vel coadiutor temporalis, vel spiritualis, qui de industria pravis moribus dimissionem extorquet, non est liber a votis simplicibus, quos post unum & alterum probacionis annum emisit. Lel. 2. c. 40. dub. 15. Sanchez l. 6. c. 9. n. 99. Laym. l. 4. tractat. quinto capite 9. cap. 14.

Praterea Religiosus societatis, qui non adhibet diligentiam ad cauendos defectus, ob quos se dimittendum praemeditat. Et huc ita dimissus sit, liber sit in conscientia, si tamen sit dimissus de fraudem, vel peccata in cum Peccatum patrata finem, trita est dimissio, ut pote obtineat. <sup>qui de industria pravis moribus extorquet, est Societas Iesu dimissione non est liber a votis.</sup>

Et dimissus sit in conscientia, si non ad matrimoniū, & ceteris contrahilibus. Vnde habet dilectionem apostolarum p̄oris Bonac. de class. g. ntiam, in vitandis defectibus ob quos se dimittenda praevidet.

### CAPUT III.

#### De Paupertatis voto:

**N**IHI proprium habere Religiosus sex paupertatis voto obligatur. Non sine proprio intelligo temporaria bona pietatis astimabili, quorum dominium, vel disponendi facultatem liberam, ac independentem in perpetuū abdicavit Cap. Non ratus voto dicatis 12. q. 1. C. p. Monach. Dixi Temporaria obligatur.

bona, retinet namque bonorum spiritualium honoris, sicut Dominum, ius eligendi, presentandi, conferendi Regulare beneficium, &c. D. Tho. 2. 2. q. 66. a. 7. Sanchez. dub. 3. Laym. l. 4. ir. 5. c. 7. Dixi, dominum, vel facultatem disponendi, propter nostrae Societatis Iesu Religiosos, qui potest vota emissa, retinet & acquiret postulat dominum radicale bonorum temporalium: non tamen habent in actuali de iis, pro suo arbitrio disponendi, vel videnti, in causa abdicacionis paupertatis Religiose conscientia censurist. Addidi, Indepenante, quia Religiosus etiam professus potest habere pecuniam dependens, ac reuocabile ad superioris initium, quod nomine proprij non conprehendit. Sanchez, & Laym. ubi supra.

Vnde elicio, non repugnat paupertatis voto, Religiosus habere bona in communione Quia paupertati immobilia Et sine rapte consensu non pertinet possunt se obligare communitatij, quod ea non voto non revertantur acquisituri. Quia immunitati Ecclesiæ pugnam, statice placit præjudicant. Card. Logo anno. Resp. Mor. l. 3. dub. 8. Nec possunt fuitatus, seu redditus a donatore ad ea emenda destinatis, ad vius alios, verbi gratia ad debita solvenda applicare. Logo. imbi. Nec repugnare, si Religioso datur villa, vel alijs locis administris adus Monasterij nomine idque in Monasterij cōmodū. In dī si datur in commodū ipsius Religiosi aliquod Ecclesiæ ill-

Ecc. b. & Mend. Thol. Mor. Tom. VII.

## 182 Theologiæ Moralis Lib LVII.

cū beneficio. Quo casu ad eum pertinet reditum o administ. ratio, quos ad sui sustentationē piasque causas potest applicare; quod reliquum est, pertinet ad Ecclesiam, vel beneficium, cui fertur. Donationes vero de redditibus beneficij factæ ab eo in viis non pios, sunt invalidæ, ac contra iustitiam, neque accipientes non possunt eas tutæ concientia retinere. Suar. & Molin. quos citat, & sequitur Busembat. l. 4. c. 1. dub. 4. Ad Monasterium vero pertinent omnia alia, quæ al unde quam ex beneficio acquirentur, nisi ex confusitudine Ecclesiæ cedant. Azor. 1. 12. cap. 10. q. 6. & 7. Molin. d. 276. Layman. l. 4. tr. 5. c. 7. n. 12.

<sup>14</sup>  
*Quo modo  
contra pauperem  
pertinet voluntum  
delinquatur.*

Delinquunt vero contra paupertatis votum, si quid sine domi, sine foris, etiam ex iis, quæ ad vi. clm, ac vellutum attinent, sine superioris consensu expreso, tacito, vel presumpto, ac pia, retineat, absunt, permittet, donet alteri, vel accommodet. Dixi sine consensu tacito. Nam si Prelatus licet, iudicium aliquid accipere, retinere, vel expendere, &c. non prohibetur, cum facile possit, tacite contente videtur. Vnde si in Religione aliqua vige consuetudo recipiendi, vel expendendi sine superioris facultate, id per tacitam approbationem Prelati, qui id tolerando, confusitudinem rationabiliter vigere declarat. Et si Prelatus subdito donet, vel donari permittat imagines, rofaria, &c. Scienz iis omnibus ad proprium usum non indigere, tacite facultatem concedere censeatur alii domandi. Talem autem consensum nisi in rebus paruis & crebro occurrentibus non presumere. Addidi, *Vel presumptio*. Hic enim locum habet, cum res vrgit, superiorque præfens non est. Excusaris vero à mortali, si præsummas ex superioris affectu, rem concessuram, si à te rogaretur, quia tunc centeris, rem ex voluntate superioris latenter virtutis, quæ in illo affectu latet, habere. Ideoque si superior tantum sit in iunctu quoad modum, venialis quidem deliquisti, non tamen contra paupertatem. Suar. tom. 4. de Relig. l. 8. cap. 1. Sanchez. l. 7. De cal. c. 29. numero 53. Layman. l. 4. tr. 5. capite septimo numero. 6. Lessi. l. 2. capite 41. numero 79.

<sup>15</sup>  
*Peccatum qui  
in aliud  
volum expedit  
vel col-  
laborat  
perdit que  
ei data sūt  
ad vim.*

Religiosus in aliud usum expendens, aut destitbens, aut culpabiliter amittens ea, in aliud usum expedita, vel collabore, peccatum. Peccatum qui datum ad volum proprium, contra votum paupertatis delinquit, quia in aliis tantum habet vim, facti, idque preparatio quando superiori videbitur: estique dominij actus post rem suo arbitrii determinare. Sanchez. lib. sepius. Decalog. cap. 29. Layman. lib. 4. tr. 5. quinto capite sepius numero sexto. Lessi. lib. secund. cap. 41. n. 79.

<sup>16</sup>  
*Et aliquid  
Prelati  
abscondit  
ad inferioris  
positio-  
nis sub-  
latum.*

Peccatum, si quip abecondat, vuid liberet. Et aliquid Prelati dispolitione subducatur. Nec Procuratores, Oeconomi, Administratores, Prelati inferioris quodcumque posse expendere preterquam quod Ordinis Regula, luperioris voluntas, vel consuetudo postulat. Quia non sunt domini bonorum communum, sed solum administratores. Layman. libro quarto tr. 5. quinto capite sepius. numero 9. ex Diu. Thom.

Denum si Prelatus subdito permitrat, & bona ex quacumque causa, aut titulo, pronentia vanos, turpes, vel illicitos expendat in viis: aut superflua pretiosa & statim non decentia penes se habeat: etiam à peccat & Prelatus, & subdito contra paupertatis votum, etque talis donatio, seu alteratio irrita, ac restitutioni obnoxia, quia Prelatus non potest date veniam maiorem ei quam ipse haberet: ipse autem cum dominus non sit, non potest bono suo arbitrio & iniurie expendere, sed tantum in Religions necessitatem, & utilitatem. Lelius libro secund. capite 41. dabo 9. Molina tom. secund. disput. 276. Lugo de inst. d. 3. sectio septima numero 131.



## CAPVT IV.

### De voto Castitatis.

<sup>18</sup>  
*E* X Castitatis voto Religioso tenetur in primis, coniugio abstineret. Deinde ab omni interno, & exteriori, qui sit contra castitatem, ut à turbibus cogitationibus, ac delicatione mortalia, à pollutione, ab omni actu venereo, à turpi contractu, ab impudico appetitu: & ab omnibus iis, quæ aliquo modo contra virutem castitatis existant, quidque enim in secularibus extra coniugium est aliquo modo contra castitatem peccatum, est in Religioso Sacrilegium contra votum; c proinde duplice habet malam iram tam ut maliitia sacrilegij mortalism sit in iis actibus in quibus libidinis malitia sit lethalis; venialis autem, in quibus illa venialis est, Sanchez. l. 5. Decal. c. 6. num 9. Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 3. Laym. l. 4. tr. 5. quinto capite octavo numero primo.

Profecto quia difficile est, Religioso, qui coniugio non potest post voca emissa colligari, ut licitis voluptatibus potatur, castitatem feruare, à Doctoribus monetur, ut octo mediis efficacibus quidem ad lucem eius vivatur. Primum est humilitas, ut nostra fragilitate cognita ad deum recurramus, iuxta illud Sap. 8. Scio, quod non possum esse continens nisi Deus dederit mihi. Secundum sobrietas. Unde Herony Difficile seruatur inter epulas predici. in Tertium, carnis mortificatione. Cor. 9. Castigo corpus sicutum. Quartum, secundum confortatio Ecol. 9. Auerte faciem tuam à muliere compa, & ne circumficias mulierem alienam, propter speciem enim mulieris multi perirent. Quintum, Occasionem declinatio, fante Pauli, Fugit fornicacionem Sexum, Virilis tentationum resistit, qua demonis suggestiones repellimus, prim. Petr. quart. Cui resistit fortis in fide Septimum, feruens Dei dilectione, qua amarissimum voluntatum defecationem faciliter despiciens, quia gustato speruu, despiciens omniu caro Octauum mortis

## Sect. II. de Prof. Religiosa Dubia. 183

moris meditatio; & consideratio ignis æterni. O quam scutum, pro brevi voluptate, æterna, supplicia sustinere?



### CAP V T . V.

#### De voto Obedientia.

<sup>20</sup> Ex Obedientie voto Religiosus ad plura tenetur. Primo, ad Regulæ præcepta. Secundo, ad non agendum contra Regulam, aut mandatum superius ex contemptu: nleetur vero, ex contéptu violata, qui contrafacit non ex negligencia, & cupiditate, sed quia non vult Regulæ, aut superiori esse subiectus. Lett. I. 2.6. 4.1. dub 9.n.74. D.Tho. 2.2. q. 186. a.9. Caiet. & Sylo ibi. Tertiò ad omnia, quæ superiori mixta Regulæ, aut institutum præcipit. Et quidem si in virtute Sancte Obedientie imperatur, sub mortali debet obediens: si vero hoc præcipienda forma non vtratur non videtur velle sub lethali obligare, nisi aliunde constet. Sanch. L.6. Moral. c.1. n.8. Vsq. 1. d. 154. c. 4. n.20. Quod si superior præcipiat aliqua contra Regulam, non tenetur subditus obtemperare, nisi forte ille possit fortasse in ea parte Regulæ dispensare, & legitima causa contrariationis præcipendi substat. Caiet. 2. 2. q. 104. a.5. Quinto si superior præcipiat aliquid supra Regulam vt ire ad infideles, vbi manifestum mortis, vel servitutis adest, long tempore ieiunare, & carnis ad vnum vel duos menses abstinere: haud tenetur inferior obediens, quia superior potestas datur, vt subditos secundum Regulam perficiat, non vt ad maiora obliget. D.Tho. 2.2. q. 104. a.5. ad 3. Natura. sum. c.2. n.39. Mamm. 10. 2. sum. c.9. n.1. Azor. 10. 1. 13. c. 11. q.19. Porro licet hec & similia imponi nequeat ad virtutis exercitamentum, possunt tamen ad aliquius criminis peccatum imperari. Vel si priuenter necessaria ad vota fernanda. Sic Monialibus arctissima clausura præcipitur, etiam si eam antea non voulissent.

Item ob aliquā publicam necessitatem quædam anteriora possunt omnibus ad tempus imponi, quia & hoc est Regulæ contentaneum. Corduba in Reg. S. Franc. 10 q. 2. Syl<sup>o</sup> n. 6. v. Religio 6 q. 6. Sylo 2. 2. q. 104. art. 5. Caran. in Reg. S. Bened. d. 50. C. 51.

Scandalio cellante, non tenetur Religiosus <sup>21</sup> obediens, quando super oris præceptū fundatur <sup>Obedire;</sup> in falso præsuppositione: si Religioso imponatur peccatum pro delicto quod vere non patavit, quod præfisi ea peccatum sit secreto exequenda, subditus ad ceptum in eam non tenetur: vero in publico, obligatur falsa præob aliorum exemplum, quia in priori calu <sup>falsi præsuppositione</sup> peccatum non imponitur ad aliorum exemplum, fundatur. sed ad propriam correctionem, quia innocens non indiger. Vsq. 1.2. q. 96. a.5. d. 174. c. vlt. Sanch. L.6. Decal. c.2. n.11.

Si dubium subditus, num res præcepta sit <sup>22</sup> licita, obediens tenetur, maximè si obediendo, <sup>Quid si da-</sup> bili, vel tertia persona magnum damnum in <sup>buer, rem</sup> rebus, honore vel fama, aut corpore non ti- <sup>præcepta</sup> meat. Alias in hisce casibus non tenetur in <sup>esse licentiam</sup> dubio obediens: Ut si superior interrogat de proprio, vel tertij delicto, & est dubium, an iuridice roget: tunc in eam partem inclinandum est, in qua minus danni, & periculi ap- <sup>paret, & ea est amplectenda, ac proinde non obediendum. Tunc quia manus est periculum illud immensum, quam semel non obediens.</sup> Tunc quia in dubio fauendum est reo, & ei de cuius damno agitur: etiæ enim subditus non est in possessione sua libertatis, est tamē in possessione sue securitatis, seu uris, quo posset se rebus periculis conseruare. Vnde non tenetur, in ea se coniicere, nisi constet, superiori iuste præcipere, similiter si Prelatus tibi præcipiat longum agere iter autem valde difficulter inire, ut longam abstinentiam, vel aliud opus valde austernum, & tunc dubites, an possum superior, id tibi impe- <sup>rate, non teneris cum tanto incommodo statim obediens, donec constet tibi de iure præ- ciendi, quia tanta rei difficultas una cum dubio potest faci imperandi, præponderat pos- sitionis superioris, & facit potius subditum li- bertati. Medina 1.2. q. 19. a.6 dub 4. Mamm. p. 2. sum. c.9. n.3. Diana p.4. tr. 3. resol. 9. Sotus de secreto, membr. 3. q.2.</sup>